



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

In tabulam Ieremiæ Scriptoris. Ode Sappica. XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

38 HUMANAE SALVTIS

Defuncti celebri inuenis exitu,
Contemptorque trucis supplicij innocens,
Palmam promeritus iudicio Dei,
Magnus diceris ac bonus.

PIETATIS INDEFESSVM
STUDIVM.

Qui Christum non odit, amet responsa legatique
Amosidæ: is fiet nam pius & sapiens.

DIVINAR. RER. INDICI AD-
MIRABILI P.

In tabulam Ieremiæ Scriptoris.

Ode Sapphica. XXVII.

Spiritu feruens inuenis, potensque
Robore immota superare mentis
Fortium, pristis memorata ab annis,
Corda virorum:
Cui nec ignauæ puero iuuentæ,
Nec sibi tantum decus arroganti,
Creditur munus prius adparatum
Matris ab alio:
Tu doces quantum valeat superni
Efficax verbum imperij, fideles
Cùm subit mentes, penetratque in altam
Pectoris arcem.
Nam nec immixtis odiis tyramni,
Nec furor yulgi miseric iniqui,
Nec tibi ignotæ expedienda gentes
Acta retardant;
Quin per insanos hominum nocentum
Impetus, vîctor, penitusque compos
Destruas, vellas, moucas, reponas,
Aedificesque.
Crescit in duro tibi vis labore;
Carceris diri tenebras lacusque
Et famem fortis superas, minasque
Mortis amaræ.
Sic & obiectos penetrare monteis
Nouit, ac rapes, & adacta in altos
Turrium ascensus monumenta, claris
Fulminis ardor.

Integrum

MONUMENTA.

39

Integnum ac fortē celebremque dicitur,
Quem̄ sua inuisum male presserat genit̄.
Seruat, & cultu meliore Princeps
Suscepit hostis.

HONESTAE INDO LIS DECVR
S VS INTEGER.

Quid non ferre potest, quid non superare, supernus
Qui se permisit nutibus ac monitis?

LEGATO STRENVO FORTI
P O S.

In tabulam Danielis Prophetæ & Historici.

Ode Tricolos Tetra strophos. XXVIII.

Ex trema prisci secula temporis
Videre vatem regibus omnium
Narrare præscriptam dieruin
Historiam, seriemque longam:
Quas nec vagorum conscia fiderum
Chaldaea, iactans dicere gentibus
Voluenda venturos per annos,
Explicuit, tetigitve prudens.
Huic prouidentis consiliij Pater
Donauit orbis ponere mobilis
Decreta, mortalesque rerum
Atque hominum imperiique metas,
Non ille, quamvis inferior modis,
Prisciisque Vatum luminis usibus,
Rerum vel impar mole scriptor,
Vel minor eloquio fideque:
Seu iussa vates somnia detegat,
Seu visa rerum signaque præcina,
Abstrusa seu docto notarum
Perlegat euolutaque sensa.
Huic flamma, cautes aptior vrere,
Sæua & Leonum pertimuit famæ;
Concessit huic peior nocendo
Inuidia imperiumque præceps.

C 4 Miranda